



Bl. 34

H. 34 4, 23.

V c  
4637

BELLI TRICENNALIS  
GERMANICI  
SUCCINCTA DESCRIPTIO.

CALENDIS JANUARII.  
ANNO M. DC. LII.

Restitutæ quondam Pacis

Passavii Seculari

P. P.

ā

CHRISTIAN- FRIDERICO Grandenfels

Gymnasi Rectore.



HALLIS SAXONIAE

Type Johannis Rappoldi.

S. P.  
Anno fmpissimo 1754  
Simon exemplar  
transmittit Ligiam  
W. E. Michelba  
phira Scripatur





**R**imus olim restitutæ pacis annus  
hic fuit,

Nunc & exul MARS recedat fini-  
bus Germanicis.

**T**eutones quiete longa marcid non  
amplius

Tot bonis erant ferendis, dulce bellum nesciis  
Allubescerat, serendis impigri discordiis  
Omnibus locis oberrant. Uniones & Ligas  
Insecuturi tumultus certa jam præludia.  
Fabricari cerneret ab his & istis partibus,  
In bonum commune nemo consulit, cum & i sibi

Dum caevent suisq; sensim magna diffidenia.

Nascitur felicis inter Optimates imperi,

Hancq; ceremoniarum, dogmatumq; de fide  
Postea modis adauxit mirimis diversitas,

Ut laborem sponiendo sumerent frustra malo.

Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit,

Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis,

Prima causa tot malorum Jesuitarum furor,

Et dolus, quo sepe sueti principum pervertere

Corda, nec non subditorum supplicantum vocibus

Et querelis omnem ad aures transitum precludere.

Hoc

Hoc Bohemi suspicantes acrius dum literas,  
Imperatoris Rodolfi nempe Majestaticas,  
In suis premunt libellis, & ministros sentiunt  
Regios suis iniquos non inquis actibus,  
Defenestracelsiore mox agunt in aream.  
Jam quietis spes adempta, cuncta turbis fervere,  
Cuncta misceri tumultu, nec mali presagia  
Monte coniectum Pluretum vel Cometa desuit.  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Interim jam fata terris Cæsarem subduxerant,  
Patrueli Ferdinando jure qui Bohemici  
Cesserat regni, sed illum subditi, quamvis prius  
Omnium Consensione proditum, Regem negant  
Achabenas Friderico deferunt regni sui.  
Hunc vel imperi cupido, vel quod est humanius  
Credere, in suam professos pronus affectus fidem,  
Implicat tantis periclis. Accipit quod offerunt:  
Seu fuit letantis illud, seu mali presaga mens  
Inter ipsos gratulantes inscientem perculit,  
Ad capessendam coronam dum petit Pragam, suas  
Patrias sedes relinquens lacrymare visus est.  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Ast Palatinonovi fit gaudium regni breve,  
Verterat vix annus, albo monte cum concurritur,  
Et suis ibi fugatis, Rex Silesiam petit,

Mox

Mox Bataviam, retentans per suos, Bohemicę.  
Urbium si quae manebant in data semel fide.  
Unione dissoluta cogitur mox & sua  
Spinolam contra prementem quā potest defendere.  
Nec benigniore fato cum Moravis Hungari  
Arma sumserant, ubique militabat Cæsaris  
Partibus fortuna. Dicta pœna mortis pluribus,  
Qui rei rebellionis. Christianus exulem.  
Guelphicus iuvare Regem ceu volebat, non potest.  
Primus olim restituta pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Pannones Bethlenius q. fecerant cum Cæsare  
Denyō pacem, reversus Fridericus interim  
Tillium ductore pellit in fugam Mansfeldio:  
Ast reponit iste cladē Durlacensi & Guelphico,  
Unde bella Fridericus rejicit, Bataviam.  
Repetens. Ad Florianum prælium cum Cordubas  
Bruno dux Mansfeldius q. clade committunt pari.  
Tillius Myrtiq. montem cum Manheimio capit.  
Bavarus septemviratus dignitatem à Cæsare  
Accipit, cum Tillioq. Guelphus infeliciter  
Pugnat. Ast Anglus precando quando proficit parum,  
Arma sumit, id laborans ut reducatur gener.  
Primus olim restituta pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Sed Papa tantis Gnathones ebrii successibus  
Cæsari suadent, suis ut vel datam contra fidem.

Ortho



Orthodoxos prædicantes pellat è provinciis.  
Anglus inter apparatum bellicum finit, cui  
Inclitus per Martis artes fit Comes Mauritius  
Belgij Dux. Lusitanis classis Angla finibus  
Rebus infectis reversa fracta tempestatibus,  
Danie Rex tam frequentes Cæsaris victorias  
Vix ferens, ad arma vertit, sed novis Fridlandij,  
Tilliique exercitatis copiis prosternitur,  
Mox & armata pace mutat, & quietem amplectitur.  
Singulis sic dum repugnant, universi concidunt.  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.

Interim Vinariensis, Guelphus & Mansfeldius  
Mortui, quos Cæsar hostes senserat fortissimos:  
Cum sacrorum demitus usus in furorem rusticos  
Dat, per Austria[m]q[ue] raptis convolant armis, sed bos  
Clade non una subegit Pappenheimius Comes.  
Tempus haud egebat istis quippe defensoribus.  
Jam novos Papistis hostes parturit Borussia,  
Quam Suecius impetebat. Namq[ue] VVallensteinius  
Sedibus pulsos avitis Meckleburgicos duces  
Cogit externam rogare tot malis pressos opem.  
Neve non lacefferetur Svecus, hostem ejus juvavat  
Cæsar, admitti vetatq[ue], quos is ablegaverat.  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul Mars recedat finibus Germanicis.  
Namque ubi cernunt Poloni Martis aleam sibi

Sapius

Sepius iactam licet, non prosperè succedere;  
Arma posthabent quieti, nec Suecus abnegat  
Se parans ad ultionem. Cui favorem plurimum  
Cæsar is mandata præbent, quæ bonis omnes sacris  
Orthodoxos exigebant, vim minata, ni velint.  
Quin & exulare iussi, quotquot impiam fidem  
Vejovis probare nollent Itali, dicentibus  
Jesuitis tempus hoc aut amplius nullum fore,  
Quo Lutheranos valerent funditus prostertere.  
Scilicet rebus secundis insolescunt pectora,  
Et diu compressa tandem prodeunt molimina.  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit.  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Qui sibi velut vacantes sumserat provincias  
Mechleburgicas, vel ipso non volente numine,  
Stralsundæ se minatur mœnia expugnassere.  
Sed tot annorum labore fessa jam felicitas  
Deserit diu gaviosos, ast abusos prosperis,  
Et retro sublapsa fertur, evidenter id docens,  
A superbia ruinam non procul se jungier.  
Ex biberi Magdeburgo plurimum negotii  
Curat idem, sicq; sensim funebri discrimini  
Anteludit. Suecia Rex publico scripto docet,  
Teutones quare lacepsat, id quod & dictum supra,  
Junxit his suosque pressos, occupatum Balticum.  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit.  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.

Sed

Sed mali mox imminentis nuncij praeceperant,  
Inferunt adversa signa, prælantium statum.  
Exprimunt cælo sereno qui videntur milites:  
Cernitur triplexq; Phœbus, latro sudat sanguinem,  
Interim jubet venire Principes, deliberent  
Publica quo de Salute Cæsar ad Tiburniam,  
Nec sibi deest Suecus, scribit Electoribus,  
Ut cavere bella malint, sed sua ex sententiâ  
Impetrat responsa nulla. Principes VValsteinium  
Dimoveri militari per pulere de statu;  
Se coacturum secutos Saxo ait suam fidem,  
Fusca Restitutionis nî bonorum mitigent.  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Cum nihil posset quieti Svecus aut a Cæsare,  
Cæsaris vel à ministris policerier sibi,  
Arma per tandem suum jus obtinere nititur.  
Fortè quâ cum classe luce Rex in insulâ appulit  
Baltici maris, Usedomia, festa per Germaniam  
Orthodoxis, seculo ante traditâ olim Carolo  
Cæsari Confessione. Rex ubi terram attigit,  
Provolutus in genu ista ut expeditio sibi  
Fausta sit, precatur atque plus preces victoriæ.  
Obtinendam promovere quam vel arma differit.  
Affuit fortuna cœptis. Namq; Pomerania &  
Meckleburgici Ducatus pars recepta maxima est.  
Pacis olim restitutæ primus hic annus fuit

Nunc



Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis,  
Nec sibi met defuerunt Orthodoxi Lipsie  
Congregati, sed parandas estimarunt copias,  
Si quavis fiat, bonorum sig restitutio  
Urgeatur. Certiores literis Svecus facit  
De sua felicitate, fœdus ut secum velint  
Jungere, bortatus; sed illud Cæsar is metu abnuunt.  
Qui remoto substitutus Tillius Friedlandio  
Francofurtum penè justis copias insederat,  
Rex capit tamen, nec ejus castra tentat adgredi  
Hostis; ast ad Magdeburgum versus obfessum capit,  
Occupatam cædibusq; vastat ac incendiis,  
Et stupris, crudelitatis inclytum exemplum fac.  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis,  
Italo bello regresi Furstebergio duce,  
Quorum in oras appulerunt, fœderi ut renuncient  
Lipsico, plerasq; cogunt civitates, Principes,  
Saxonem, ut desistat ipius atque Brandenburgicum.  
Cesar admonet. Bonorum restitutionibus  
Promovendis militares destinantur copiae:  
Tillius aliud merentis premium provincias  
Saxonis petit, furorem Martium & Vulcanium  
Seminans, tandemq; ocellum Misniensem LIPSIAM  
Dedier sibi per arma postulatq; ac impetrat.  
Hic ubi meritis rependi gratiam bane cernit suis,  
Arma jungit cum Sueco, protinusq; hostem pettit.

B

Primus

Nunc



Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit.  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis,  
Non dies illuxit & que maximi discriminis,  
Atq[ue] quo confessionis Orthodoxæ puritas  
Atq[ue] libertas avita prælio commissa sunt  
Unico. Focos & aras Saxones defendere,  
Gloriam Sveci tueri, servitutis ferreum,  
Omnibus jugum studebant Tilliani imponere.  
Causa justior triumphat pressa jam nimis diu,  
Clade Tillius fugatur maxima. Victoribus  
Arduum post illa nil est, nam receptis mox suis  
In Bohemos Saxon fertur, regiamq[ue] urbem capit,  
Per Thuringiam Suecus tendit in Franconiam,  
Urbibus brevi potitus omnibus provinciæ.  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit.  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Nontamen Victoris istis impetus se finibus  
Continet, prope Oppenheimum nave Rhenum trajicit.  
Arma mox circumferendo perdomat victoria.  
Quicquid obvium, atq[ue] cuncta fulminis more ac modo  
Dissipat. Trajectus Ister, Dona V Verdam ceperat  
Namq[ue]. Sed Lycum vetabat Tillius transmittere.  
Ausus est illo vidente, qui volens resistere,  
Aetus in fugam est, & ipse vulneratus concidit.  
Inde postquam militari Dux rei Friedlandius  
Rursus est praefectus, & per Austria & Moraviam,  
Copias novas coëgit, in Bohemiam irruit,  
Saxones proturbat inde, Caesaris res recreat.

Primus

Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
*Svecus interim beatas Bavari provincias*  
*Pervagatus liberande, quam premebat altera.*  
*Pars, cucurrit Noribergæ, mox receptis auxilis*  
*Copiam pugna facit, post castra detrectantium.*  
*Fortiter petit, repulsus hostibus videntibus*  
*Ad capessendam quietem copias locat suas.*  
*Nec suis deesse rebus visus est Friedlandius.*  
*Vasa conclamare jussit, ing. Misniam movens*  
*Avisurgi Pappenheimum, (namq; eò receperat*  
*Se repulsus à Batavis obscientibus Mose*  
*Ad sitam Traiectum] adesse jussit, atq; Lipsiâ*  
*Denuo capta Suecis pergit audax obviam.*  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
*Jamq; eò felicitatis venerat res Svecica,*  
*Ipse præ sagiret ut Rex non eam semper fore:*  
*Jussit ast amor fidesq; Saxonii promissam opem*  
*Ferre. Quamvis esse plures sciret hostium, tamen*  
*Regredi non vult, morasve nec it illas, usq; dum*  
*Guelpicus ve subveniret Saxonis ve exercitus.*  
*Lutza nunquam parva Regis posteris tacebitur*  
*Maximi obcasum, suo dum præit ipse militi*  
*Fortibus factis, ab ictu plumbeæ glandis cadit.*  
*Sed cadit Victor. Suecis Principis, sed Teutonis*  
*Liberatoris cruentam vindicantibus necem:*

Prælium



Prælium redintegrans & Pappenheimus interit,  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Macte Princeps non in ipsa morte viceret. Sic Polus  
Scanditur. Fides Patronum verate fatebitur,  
Vindicemq; asserta per te predicabit Misnia,  
Nit uiper te datorum gratiam corruerint.  
Fridericus Rex Bohemus fata subsecutus est  
Svecia Regis. Nec illa conciderunt pectora  
Morte Svecorum tribunis. Nam Trebocco Hornius  
Subjugat, Birckfeldiensis Bavaro vexat male,  
Ubias munitiones disjicit Baudisius,  
Saxo Bernhardus receptis Misnia multis locis  
Rursus in Franconiam se vertit, & Germanicis  
Gallia Rex mixtus actis vult tueri Trevirum.  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Post necem Regis relictæ filia Sveci suam  
Obligant fidelitatem sanguinis q; Regij  
Ultionem sancientes bella prosequi volunt.  
Arctius pleriq; fœdus Luth eraniprincipes \*  
Contrabunt Sveci. Saxo \* tentat Ingolstadium Bernbo.  
Irrito conatu, At idem post Ratisbonam capit. Vinars.  
Ad Visurgim Guelphicus Dux conjicit Merodium  
In fugam, parvog; damno plurimos interficit.  
In Silesia per artes extrahit V Valsteinius  
Tempus, illudit q; multum credulis, tum perscelus  
Regius

Regius Princeps Danorum glande plumbum cadit.  
Holkius Lipsi in quidem, sed Holckum mors occupat.  
Primus olim restituta pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Plurimo fortuna lusu mutat interim vices.  
Quippe quem locum in praetatum vexerat Friedlan-  
dium,

Dejicit, letho cruento finientem. Traxit hæc  
Illiis ruina plures. Saxo Lauenburgicus  
Incidit captivitatem. Miles inde Saxonis  
Ad Lignizium cecidit militantes Cæsari.  
Sed Ratisbona recepta Panno Rex feliciter  
Cum Suecis Norelingæ pugnat, ac eos gravi  
Clade profligat, receptis pluribus victoriam.  
Propter hanc locis; per urbes interim Germanicas  
Sæviunt pestis famesque, Res Suecas non bono  
Jam sitas loco fovendo Gallus haud parum juvat.  
Primus olim restituta pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Deditur fame subacta, cum repugnasset diu  
Cæsari urbs Augusta. Rebus Pax Pragensis afferat  
Ut medelam plurimorum vota sperant irrita.  
Namq; Gallus iam palam se Svedico bello implicat,  
Cedit Hispanos. Sueci non probantes pacta se  
Saxoni opponunt, sequentem reprimunt, provinciam.  
Turpiter vastant, repulsi denuo ad VVit Stockium.  
Saxones pellunt, & urbem Lipsiam frustra obsident,

Hi

Hinc recedentes in ipsam Pomeraniam, tamen.  
Rursus emergunt, ab ipsa clade maiores. Obit  
Cesar & succedit illi filius. Perdit favor  
Gallicus res Trevirensis. Namq; Iber eum capit.  
Primus olim restituta pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Saxonis Vinariensis copia felicius  
Post priorem egere cladem. Namq; junct & Gallicis  
Haud semel par reddiderunt hostibus. Reinfeldiam  
Obsidebant, Liberand & curam agentes sic fugant,  
Ut duces omnes supremos in potestatem suam.  
Cernerent tandem redactos. Deniq; Brisacium,  
Per famem coactus illis dedidit rector loci.  
Sed Palatinis eundem, tamq; amicum ostendere,  
Noluit fortuna vultum, Vestphalas qui figere  
Bellicam sedem per oras dum volunt, Hatzfeldius  
Disjicit, quascunq; fratres copias collegerant,  
Ex quibus captus Robertus Cæsari transmittitur.  
Primus olim restituta pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Fata Bernhardi in videbant magnitudini, nece  
Raptus inde Dux acerbâ est post Suecum maximus:  
Et Baneros sors favere visa sit licet, tamen.  
Misnicos post & Bohemos tribulationibus  
Plurimis pres, os celebris duplii victoriâ,  
Principes quin congregatos, Cæsarem & Tiburnie  
Ausus obsidere ferme, clade rejectus retro

Finiit

Finiit, successor illi Torstesonius datus.  
Obsidetur acriter sed irrite Guelpherbytum,  
Atq; agro in Colonensi cæditur per Hassicos  
Gallicosq; quin & ipsus in potestatum venit  
Hostium Lamboius, illi pluria occupant loca.  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit.  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Torstesonius relictis Misniam bybernis petit,  
Inde saxones, Lusatios permeans Silesiam  
Fortis irrumpit, coronâ mox Glogoviam capit,  
Laveburgicus fugatur, captus exq; vulnere  
Interit, Victor Moravos impetens Olmucium  
Vicavit, regressus inde Lipsiam circumcidet,  
Et repulsus, quod tulisset Archidux opem citam,  
(Iste enim fratri regebat tempore hoc exercitum)  
Hunc in ipsum vertit iram, dum legit vestigia  
Hostis, ipse quem putabat jam fugam capessere,  
Vincitur, rursum in celesti clade Tillii loco.  
Lipstis occupata Svecis premium est victoriae.  
Primus olim restitutæ pacis hic annus fuit.  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis!!  
Copias Vinarienses Gallicæ suppleverant  
Quas regebat Angiensis, obsident Rotweiliam,  
Vulneratus Gvebrianus victor in capto loco  
Vita abit, secure agentes Bavari ad Dutlingiam  
Impetunt, sternuntq; captis omnibus fermè. Interim  
Firmat ante capita rursum per Silesiam loca.

Et



Et Moraviam Svecus, ceditur Cracovius  
Pomeraniam premens, mox Daniam Sveci petunt  
Marte non denunciato, quam suo tractant modo,  
Cuncta prædandi sciente per volantes milite.  
Sic mari terraq; fervent bella, Brandenburgicâ  
Donec & curâ Batavâ reddita est pax Danio.  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit.  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis!  
Hic per æstatem tumultus dum flagrat, Moravia  
Cæsar & Silesiorum multa de novo loca.  
Subjicit sibi, repellit usq; dum Gallasium  
Torstejohnius, pedestrem proterens exercitum  
Illiis, tandem is coactus fugit in Bohemiam.  
Nec quietem egere Galli. Bavari Brisgoviae  
Ceperant urbem Friburgum, & castra ibi locaverant:  
Hæc ferociter petentes ter repelluntur gravi  
Strage, sed famæ abire Bavaros cogit: Proin.  
Gallici Philippi burgum, pluraque ad Rhenum loca.  
Occupant. Captivitate solvitur Trevir, dies  
Quod foret paci parandæ dictus, & certus locus.  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis.  
Nec tamen bellum sedebat. Cæsar in Bohemiam.  
Contulit se, rebus ut sit bellicis propinquior;  
Nec minus petunt eandem Svecici, concurritur  
Viribus q; animis q; magnis. Vicus est Janckovia.  
Nobilis factus per illud prælium, quo concidit

Cæsar is

Cæsar is res, & Successus vieter in Moraviam.  
Tendit, adventus q̄ fama liberans Olmucium.  
Occupat complura, Brimna fistit ejus impetum.  
Bavari Gallos fugarant, Mercio duct ore, sed  
Hic regressis & priora damna vindicantibus  
Occidit, non incruenta Gallicis victoria.  
Abdicat munus supremi Torstesobnius ducis.  
Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis!  
Mox datur successor illi Carolus VVrangelius,  
VVestphalos qui, post fatigat Francones, Istrum dein.  
Transit, & petit Suevos, binc Brigantinum adiacum.  
Dicit, irritum laborem sumit ad Lindaviam,  
Et regressus in Bohemos occupata Egrā, dolens  
Quod suis renunciaasset Bavarus pactis, movet  
In Palatinum solum, mox denuo Istrum trajicit,  
Et Melandrum cedit, atque vulnerat lethaliter:  
Sic Lycum, sic Isaramque transiens potitus est.  
Bavari soli, quod ejus est cis Oenum. Principem.  
Hasse Lambouius Ernstum cedit & capit, sed hoc  
Vindicant Catti, cruenta denuo victoria.

Primus olim restitutæ pacis annus hic fuit,  
Nunc & exul MARS recedat finibus Germanicis!  
Sed malis finem supremum Praga Conigsmarckio  
Capta, quæ lateris minoris obtinet nomen, tulit.  
Namque eam, quæ separatur fluminis Molaviae  
Alveo, conjuncta pone cum minore, dum putat

C

Obti-

Oblinere *VViltebergi* copiis junctis, licet  
Et *Palatinus*, supremus *Imperator bellicus*  
*Adveniret*, deniq; omnis irritus fuit labor,  
Et tot annis expetita *Pax Osenburgi* fuit  
*Constituta*. *Pax malorum pharmacum*, *pax unica*.  
*Plurimis* potior *triumphis*. Ut libens te *Teutonum*.  
*Post* tot *intervalla* tellus vidit! *Ab nobis Deus*  
*Hanc benigne propriam da*, *futum propter tuum!*  
Sic fuit qui primus olim pacis annus, ultimum  
Non habebit, semper exul *MARS* erit Germaniâ.

WILHELMUS ERNESTUS *WIECHEBACHI*  
Redberensis Saxo, Heroico carmine Herodis infanticium describet.

JOHANNES WILHELMUS BONA Wernigeroda Cheruscus in Herodem invehetur.

MARTINUS WEISSE Berolinensis parentes consolabitur.

ADAMUS VICTOR à BARSEN Nobil. Megapolit. imperfectis parentabit.

JOHANNES PETERSEN Braunsbüttelià Holsatus Herodem excusabit.

ADAMO. VICTORI à BARSEN Nob. Megap.

N On vincit nisi qui recte pugnaverit; hostis  
Victorem demum pulchra corona manet.  
Tu facito ut recte pugnes. Victoria curam  
Semper amat. Facilis quippe pudenda venit.  
Luxus,

uxus, & improbitas, & deses inertia vestre

**A**tati cunctis est metuenda modis.

ARSEN noster amor, fugito hec, ut vincere possis,

Et victor volites docta per ora virum.

ic Pater amplexu redeuntis gaudeat, & sic

Te natum dicant esse bono patri!

**V**IHELMO ERNESTO Michelbach/ Redb. Sax.

**C**um fuso fluenter infantum sanguine rivi,  
Sevities, ais, ista mibi hanc indicta manebit;  
Et rivo ingenii deducis dñe carmen,  
Quod tibi faunrices Latias probet esse Camoenas,  
Gratia porrò Dei rivo benedicat, ut inde  
Commoda mille fluant aliis, & mille parenti  
Gaudia, & ipse bonis circumfluus undig perstes!

**J**OHANNI VVILHELMO BONA Wernig, Cherusco.

**A**Mula te stimulat virtus, exemplaque fratri,  
Et nostro similem vis in amore locum.  
Hoc mihi certamen placuit, semperque placebit,  
Si dubitem, melior, carior & sit eter.  
Sic Ego, sic vester Pater inter utrumque triumphet!  
Sic bonitas Joya non in honora sicut!

**M**ARTINO VVEISSEN Berolinensi.

**S**Ipotes nigrum vitio præfigere theta,  
Candorem cunctis, nomine reque probare  
Martius hic animus fortis, requiritur illi  
Ne vis nequitæ prævaluise queat.

Nec

QK 7c 4637

Ne Niger ergo velu' vit' is evadere, rebus

Consentire suis o'minas'i volupe est.

Candida'se virtus fama iibi candida pandat

Templa, tuo ut simili sis aliquando Patri.

JOHANNI PETERSEN Braunsbutt. Holsato.

**M**Orum simplicitas, pietas, industria, laudem  
Si parant, istam paratam credito tibi fore.  
Curigitur saevum regem defendis? ut isto.  
Ingeni prompti videndam vim dares conamine?  
Sic est. Hinc ubi recta scies & prava priora.  
Eliges solam, & cavebis quicquid improbum & malum;  
At Deus in tete quandam sua dona coronet!  
Faxit & felicitatis sis ut omnis particeps!

properante manu adjeci

CHRISTIAN-FRIEDERICU  
Frankenstein.

F I N I S.



ULB Halle

004 809 130

3



KONT






Ab. 346, 23.

G

R

C



## KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Kodak  
LICENSED PRODUCT  
Black

3/Color

Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



NALIS  
N I C I  
RIPTIO.

II.  
m Pacis

Frankenstein



th.

S. D.  
Anico impissime 200  
Simoni Exemplar  
transmittit Liliam  
W. E. Michelba  
phira Scripberg